

AD MAGNIFICAT

I d
S Tans autem Ie-sus * iussit cæcum addú-ci ad se, et
 a- it il- li: Quid vis fá-ci-am ti- bi? Dómi-ne, ut ví-deam.
 Et Iesus a- it il- li: Réspice, fides tu-a te salvum fe-cit. Et
 confés-tim vi-dit, et sequebá-tur il-lum, magní- fi-cans De-um.
 Magní-ficat * á-nima me-a Dóminum,

et exsultávit *spí-ri-tus* me-us * in Deo salu-tá-ri me-o,
 quia respéxit humilitátem *ancillæ* suæ. *
 Ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes,
 quia fecit mihi *magna*, qui **potens** est, *
 et sanctum *nomen* eius,
 et misericórdia eius a progénie *in progénies* *
timéntibus eum.
 Fecit poténtiam in *bráchio* suo, *
 dispérsit supérbos mente *córdis* sui;
 depósuit *poténtes* de sede *
 et exaltávit **húmiles**;
 Esuriéntes *implévit* bonis *
 et dívites dimísit *inánes*.

Suscépit Israel *púerum* suum, *
 recordátus misericórdiæ suæ,
 sicut locútus est *ad patres* nostros, *
 Abraham et sémini eius *in sǽcula*.
 Glória Patri, et **Fílio** *
 et Spirítui **Sancto**.
 Sicut erat in princípío, *et nunc et semper*, *
 et in sǽcula sǽculórum. **Amen**.